

DEDICATIO.

NUM est; nec dedignare, quod nostrum  
est, quanquam vilius, MAGNOQUE  
MAGISTRO longè minus longèq; in-  
ferius. Magnarum mentium est, ad non  
magna donaria, magno tamen affectu  
exhibita, respicere, Cyro scilicet Rege  
præeunte, qui vel pomum ab agricola  
oblatum, serenissimâ fronte summâq;  
humanitate acceptavit. Dedit, quod  
potuit, agricola, & satisfecit. Scimus,  
quid à nobis flagitet nostra in TE obser-  
vantia, quid reposcant jura vicinitatis.  
Quod possumus, facimus, dum OPERE  
hoc Mundo universo palàm facimus,  
ex asse TIBI devotum esse Collegium  
Herbipolense.

Vale igitur, MAGNE PRINCEPS, Va-  
le,

):(:(: